Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8337
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Certamen monstris opus.
Iacobus beneventanus. ca. v.
Effrenis lingua surgere bella solet.

De iustis causis assumendi belli. ca. ii.

Aristoteles Ethicorum libro x. et fi. ca. vii. et fi.
Bellam ut pacem ducamus.
Tullius philippicorum libro vii. Que causa est iustior belli gerendi quam servitutis depulsio.
Ibidem libro viii. pro libertate vite periculo decertandum est. Idem de officiis libro primo cap. xxxv. Bellum ita suscipiatur ut nichil aliud nisi pax quesita videatur.
Paulus ii ad thymo. ii. ca. Qui certat in agone non coronatur nisi qui legitime certaverit.
Lucanus libro vii.
Nulla manus belli mutato iudice pura est.
Cassiodorus epistolarum libro ii. epistola pa. Tunc solum utile est ad arma concurrere cum apud adversarium locum iustitia non potest invenire.
Auctor libri qui de fructus ca. x. et fi.
Quemque decet patriam defendere tempore belli.

De belli pressura periculo et eventu capitulum tertium.

Regum libro ii ca. xi. David audito nuntio Ioab ducis sui belli qui retulerat aliquos propter sue gentis cecidisse in prelio dixit ad nuntium hec dices Ioab. Non te frangat ista res. varius est enim eventus prelii. Et nunc hunc nunc illum gladius consumit.
Paralipomenon libro ii ca. xxv. Dei quippe est adiuvare et in fugam vertere.
Salustius in Iugurtino. Omne bellum sumitur facile. Ceterum egerrime desinit non eiusdem potestate initium eius et finis est.
Virgilius Eneydos libro xi. in medium
Nulla salus
Idem libro xii et fi. circa principium.
Res belli varias.
Tullius philippicorum libro viii. Concedo incertos exitus esse belli martemque communem.
Idem libro xiii et fi. Mars ipse ex acie fortissimum quemque pignorare solet.
Ovidius sine titulo sive amorum libro primo ca. ix.
Mars dubius nec certa venus victique resurgunt
Quosque neges unquam posse iacere cadunt.
Idem methamorfoseos libro xii.
Tutius est igitur fictis contendere

Seneca pugna manu.
Seneca tragediarum in Thebayde ca. v. et fi.
Fortuna belli semper ancipiti in loco est.
Lucanus libro vii.
Fuge prelia dira.
Frontinus libro iiii. ti. ii. Cirrus bello adversus persas quatuordecim millibus armorum immensas difficultates superavit. Epaminundas dux thebanorum quatuor hominum ex quibus millibus quadrigenti tantum equites erant lacedemoniorum exercitum viginti quatuor millium peditum equitum mille sexcentorum vicit. Quatuordecim millibus grecorum qui militis in auxiliis Cirri adversus Artaxersem fuit centum millia barbarorum exercitum vicit.
Vegetius de re militari libro iii. ti. viii. In apto prelio omne est periculum. Ibidem xvi. ti. Nescio qua occulta ratione ymo pene divina alii contra alios dimicant et qui fortiores vincuntur ab inferioribus sepe vincuntur. Ibidem xxvi. ti. et fi. In prelio amplius solet fortuna habere potestatis quam virtutis.
Celius Firmianus de beata vita libro iiii. Sapientis ac boni viri non est velle certare, ac se periculo committere. Quoniam vincere non est in mea potestate, et est anceps certamen, sed est sapientis ac optimi viri non adversarium velle tollere quod fieri sine scelere ac periculo non potest.
Cato ca. iii.
Victorem a victo superari sepe videmus.
Cassiodorus epistolarum libro v. epistola xlii. Actus detestabilis est certamen. Infelix est cum feris velle contendere quas fortiores se non dubitat invenire.
Baldo xii fabula.
Est in lucrando factum venerabile quam …
Et gladius non hic aliquem ferit et illuc
Gualterius de castellione libro ii.
Non mediocris enim fuerit est exponere bellis
Uno velle semel fortune cuncta sub ictu.

De his que prius et potius agenda sunt quam bellum. ca. iiii.

Therentius in Eunuco ca. xvii. Omnia prius consilio experiri quam armis sapientem decet.
Valerius maximus libro vii. ti. Sapienter dicta aut facta. Scipio Affricanus negabat …